



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

LXXI. Siegfried, Bischof von Camin, genehmigt den Antrag der Prister
Nahausen und Brüggemann in Betreff ihrer Stiftung in Soldin, am 7. Januar
1433.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

gheman, vicarius bernwoldensis, debitam obediendi et reuerendi voluntatem. Reuerende pater ac domine multum generose! Presentibus uolumus uos minime ignorare, Quod nos alias, videlicet Anno domini MCCCCXXXVIII^o. feria sexta ante festum trinitatis, in honorem omnipotentis dei sueque genitricis gloriose et ad salutem animarum nostrarum ac progenitorum nostrorum XVIII marcas annualium reddituum elemosinarum de bonis nostris nobis a deo collatis fundauimus, dotaui-
 mus et ereximus, Que postmodum per uestram paternitatem generose et ad diuinum cultum sunt cum juris patronatus reseruatiōem confirmate —. Quas quidem XVIII marcas de facto iam possidet honorabilis vir ac dominus magister Albertus Reitz, Canonicus ecclesie Caminensis. Nos vero — eadem industria ac pietate moti, viginti marcas vinkonensium denariorum Summe principalis ad predictas XVIII marcas presentibus — addicimus, cum quibus due marie annualium reddituum coram nobilibus uiris ottone et vincentio, fratribus, conductis de Marwitz in villa Zellin residentibus, per nos rite sunt comparate uel in futurum alibi comparande deifice, Quas duas marcas elemosinarum et redditus similiter dictus dominus et magister Albertus Reitz cum dictis XVIII marcis, ad vitam suam duntaxat, possidebit, ad quas ipsum dominum et magistrum albertum tenore presentium paternitati uestre presentamus. Post mortem uero ipsius dictas XVIII marcas cum istis duabus marcis ultimis Ille, qui per nos ambos uel alterum nostrum presentatus fuerit obtinebit, Quarum iuspatronatus, ut in priori fundacione et confirmatione nobis reseruamus. Nobis uero uita functis iuspatronatus omnium istarum XX marcarum annualium reddituum elemosinarum Istis personis, quibus nos ambo uel ultimus nostrum — deputauerimus, — reseruamus. Et presertim uolumus et irrefragabiliter demandamus, — quod ille aut illi ante omnia Matheum Corner, filium Simonis corner fabri, morantem in koningesbergh, ad istas XX marcas annualium reddituum, dum ipsas primum vacare contigerit — presentabunt etc. — Datum Soldin, Anno domini MCCCCXXXII, Mensis decembris die quindecima etc.

Nach dem Original des Soldiner Stadtarchives.

LXXI. Siegfried, Bischof von Camin, genehmigt den Antrag der Priester Nahausen und Brüggemann in Betreff ihrer Stiftung in Soldin, am 7. Januar 1433.

Sifridus, dei et Apostolice Sedis gracia Episcopus Caminensis etc. — Quia honorabiles uiri ac domini petrus Nahusen, vicarius Soldinensis, et Johannes Brüggemann, presbiteri nostre diocesis, olim piis affectibus moti XVIII marcas elemosinarum redditus, quos nunc uenerabilis uir dominus et Magister albertus Reycz, Archidiaconus Czellinensis, canonicè tenet — fundarunt in dei laudem honoremque sue genitricis gloriose dotarunt et erexerunt Et per nos confirmari tempore suo obtinuerunt; — nunc uero iidem — ad eosdem redditus — duas marcas in augmentum — assignarunt, prout in litteris huiusmodi, quibus presentes nostre littere sunt annexe, plenius exprimitur; Nos — Sifridus Episcopus — huiusmodi — fundacionem, donacionem, assignacionem, vna cum iurispatronatus reseruatiōe ac cum omnibus suis clausulis, — in dei

nomine confirmamus etc. — Datum in castro nostro Corlin, Anno domini Millesimo CCCC°. XXXIII°. sequenti die post festum Epiphanie domini, nostro sub secreto presentibus impresso.

Nach dem Originale im Soldiner Stadtarchive.

LXXII. Johann Cluwen, Propst zu Lebus und Domherr zu Soldin, präsentiert einen Geistlichen für ein geistliches Lehn zu Soldin dem Diöcesanbischöfe, am 19. September 1444.

Reuerendo in cristo patri et domino nostro, domino Syfrido, Episcopo Caminenfi, ipforum domino graciofo, aut eius in spiritualibus vicario et Administratori generali Johannes Cluwen, prepositus lubucensis et Canonicus Soldinenfis, ac Katharina, soror sua carnalis et legitima, necnon vxor sine conthoralis legitima cuiusdam Hermanni Wreden, opidani in Soldin etc. — Ad nonnullos redditus elemofynares fedecim marcarum denariorum sinkonenfium censuum annualium in titulum beneficii erectos vacantes per liberam resignationem mei Johannis Cluwens — quorum ius patronatus ad me et ad dictam meam sororem pleno iure dinoscitur pertinere, prouidum Erasmmum Wreden, clericum vestre diocesis, reuerende vestre paternitati tenore presentium duximus presentandum etc. — Datum Soldin, Anno domini M°. CCCC°. XLIII°. ipso Sabbato proximo post diem sancti Lamberti episcopi et martiris etc. —

Nach dem Originale des Soldiner Stadtarchives.

LXXIII. Der Rath zu Soldin verschreibt einer Klosterjungfrau zu Zehden und Henning Penzin eine Rente, am 17. Januar 1451.

Vor Allen Cristenluden, dy dessen Bryff zyen odder horen lezen, Bekenne wy Matheus Greuendorp, Hynrik Settegope, Clawes Seuelde, Smargerie, Borgermestere, Hans dorynk vnde wydeman, kemerer, vnde entsamend wy Radmanne Olden vnd Nygen der Stad Soldyn vor vns vnde vor alle vnse nakomelynge thu deme rade darfulues, dat wy med vullenkomen rade, wyschap vnde vulbord vnser vyr werke vorkost hebben vnde vorkopen med craft deses bryues den Erwerdigen luden, alz Lyborien Berlyns, Closteriunckern Thu zeden, vnde Hennyng Penczyn med synen dry kyndern, alze hanse, lyborio vnde lucia, vnde oren rechten eruen vyse vnd Twyntich mark Stettynfcher pennyng Jarliker renthe vnde tynse, dy wy en louen vnde wyllen geuen vnde bereyden bynnen der Soldin vnuorworren alle Jar an dem dage Sancti martini des hyligen byschoppes, Sunder allerleye arch vnde hulperede, dar vns dy Erwardigen hennyng brandenborch, wendages eyn borgermeister thu konyngesberg, seli-